



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 3. S. Jacobus Nisibitanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

mada major) peregrinus de via ad eum **Sæculum IV.**
 divertit, oppido fatigatus; dixit ad fi- **A C 325**
 liam suam tunc temporis viventem: *La-*
va pedes ejus, & para cænam. Illa: *Nec*
panis in domo est, nec farina, quoniam
tempore jejunii non indigemus. Spiridi-
 dion peracta ad Deum oratione, penu-
 riam panis hospiti excusans, filiæ præci-
 pit, ut suillam sale conditam, quam do-
 mi habebat, lixaret; ubi caro parata fuit,
 accubuit cum hospite, & prior comedit,
 invitans, ut & ipse reficeretur; ille ab-
 nuere, & dicere, se esse Christianum; *I-*
deo, inquit Spiridion: multo magis sine Tit. I. 15.
scrupulo comedas, quia scriptum est: Om-
nia munda mundis, sermone, & exemplo
 docens, quantum Christianos Judæorum
 superstitiones aversari oporteat.

§. III.

S. Jacobus Nisibitanus.

Sanctus Jacobus Nisibi in Mesopotamia **Theod. I.**
Episcopus, miraculis clarus, in ipsa **hist. c. 7.**
 hac urbe, quæ Græce Antiochia Migdo-
 niæ dicebatur, cunas sortitus erat. **Vi-** **Idem Phi-**
 tam solitariam amplexus, primo in ar- **loth. c. I.**
 duis montium jugis habitabat; in hyeme
 caverna eum ab aeris injuriis tutabatur,
 cœteris anni temporibus nullo tecto in
 sylvis morabatur; arbores incultæ fru-
 etibus, sponte nascentibus, alimenta præ-
 K 4 bebant,

Sæculum IV. bebant, addebat olera, quæ comedi po-

A. C. 325. terant; ignem vero nunquam excitabant;

tunica aspera, & pallio operiebatur, pili caprinis texto. Prophetiæ, & miraculo-

rum dono a Deo præditus, quædam edi-

disse legitur in profectione ad visitandas

novellas Ecclesiæ, quæ in Persia nasce-

bantur, suscepta; his consentit quod in-

Gelas. I. II. ter Synodi Nicænæ Patres aliquis Episco-

c. 27. 35. pus Persiæ, nomine Joannes, inveniatur.

Jacobus ob merita, & sanctitatis famam

Episcopus in urbe Nisibi, patria sua, ele-

ctus est. Episcopus in civitate eandem

vitæ rationem, cui in sylvis assueverat

servavit, sed jejniis, & rigoribus curau-

pauperum, peccantium correctionem, &

liosque labores pastorales junxit. Ali-

quando per quemdam locum transeunt

occurserunt pauperes, eleemosinam pe-

tentes, ut haberent, quo defuncti sodalis

cadaveris instar ibi jacentis, funus cura-

rent; Vir sanctus lubenter dedit, quo

rogabant, oravitque pro defuncto, ut ei

Deus peccata remitteret, & admitteret

ad Sanctorum societatem; (*) tum ve-

ro

(*) Si Sanctus Jacobus cum modernis Pro-
testantibus credidisset, animam hujus defuncti
corpore egressam, statim & certissime vel in Ce-
lo esse, vel in Inferno, & post mortem toleranda
pœnæ spatium non dari, quomodo prudenter
pro

ro miser ille, qui mortuum simulaverat, Sæculum IV.
 revera exspiravit; cum Sanctus præte- A. C. 325.
 riisset, socii ejus monentes, ut surgeret,
 summo stupore obriguere, cum viderent
 mortuum; recurrent ad Sanctum, pro-
 strati ad ejus pedes, dolum fatentur, &
 suam paupertatem obtendunt; audiit il-
 le benigne, & similibus ad Deum preci-
 bus, quibus vitam ademerat vivo, reddi-
 dit mortuo. Talis erat illustris Jacobus
 Nisibitanus.

§. IV.

Alii Episcopi celebres.

Paulus Episcopus Neocæsariensis ad Eu- *Theod. I.c.7.*

phratem ambarum manuum usu pri-
 vatus erat, quarum nervos Persecutores
 ei sub Licinio ferro candenti adusserant.

Eustathius Episcopus Antiochenus quo- *Hier. in Cat.*
 que in Concilio adfuit; natus erat Sidæ *& epist. 126.*
 in Pamphilia, & postquam Episcopus Be- *ad Evagr.*
 rræ in Syria fuisset, ad Sedem Antioche- *Sozo. I.c.2.*
 nam, defuncto S. Philogono, vocatus est.
 Eustathius gloriose Nomen JESU Christi
 confessus fuerat, vir vitae sanctitate, &
 Doctrinæ fama præcipuus. Contra A-
 rianos plura opera scripsit, quæ hodie de-
 siderantur, superest autem Tractatus de

K 5 Pytho-

pro hoc Defuncto orare potuisset? ergo stolida
 est Interpretis Protestantis exclamatio: Die lieben
 Alten haben nichts gewußt von einem Fegefeuer!